

cipale enim sequitur accessorium. Verum ad infantes pertinet promissio gratiae ac regni caelorum. Marc. 10. v. 14. E. etiam medium conferenda gratiae eiusdemq; sigillum, nimirum baptismus.

21. 7. Accedit consuetudo Apostolorum ac veteris Ecclesiae. Integra enim domus atq; in his etiam infantes baptizatae sunt.

22. Queritur, an etiam adultis catechumenis baptismus sit necessarius ad salutem, cum illi per verbum Dei praedicatum & auditum antequam baptizentur credant? Certè: quia illis est signaculum iustitiae fidei, què admodum Abrahamo circumcisio, Rom. 4. imò etiam medium est, per quod fidei incrementum eis confertur.

23. Quòd si necessarius est baptismus ad salutem, queritur, an in casu necessitatis, si non praesto sit minister Ecclesiae, liceat Laico aut etiam mulieri baptizare? Resp. omninò; exemplo ziporae & piarum mulierum tempore persecutionis Antiochi pueros circumcidentium, Exod. 4. 1. Macch. 1.

Laicorum
& mulierum
baptismus
in casu ne-
cessitatis.

24. In antithesi igitur rectè damnantur Anabaptistae, qui improbāt baptismum puerorum, & affirmant pueros sine baptismo

Erroris
improbā-
tur.

E S sal.